

curatorem et advocatum in eorum questionibus, tam in agendo quam in defendendo ad eorum voluntatem. ¶ Preterea volumus quod, si aliquis commissarius constitutus per aliquam personam in aliquo testamento decederet, et si aliqua persona ab intestato decederet, quod tunc dominus potestas cum iudicibus 5 Tergesti debeant et teneantur quodcumque fuerint requisiti per aliquam personam dare ponere et instituere unum vel plures necesarios in tutores sive curatores persone ab intestato decedentis et bonorum eius, vel loco illius commissarii mortui unius vel plurium, et hoc sacramento prout eis videbuntur esse utiliores, et tales constituti per eas iurare debeant 10 ad presentiam ipsorum dominorum potestatis et iudicum bone et diligenter providere et procurare utilia et inutilia pretermittere illorum, de quibus essent constituti tutores vel curatores ut predictum est et suorum bonorum, et facere inventarium, si fuerit oportunum secundum formam statuti. //

277 A

Cap. LXVIII. Rubrica de ripa Grimole et de fodientibus lapides.

Statuimus quod nulla persona de cetero sit ausa nec presumat fodere lapides vel laperam in ripam comunis de 20 Gromula, sub pena decem libr. par. pro qualibet persona contrafatiente, et perdat tales lapides. ¶ Preterea nulla persona sit ausa vel presumat modo aliquo fodere vel fodi facere lapides vel laperam in aliqua ripa vel possessione alicuius, sub pena predicta, et domino rei dampni dati adibeatur plena 25 fides cum sacramento. ¶ Preterea quod nulla persona audeat vendere nec vendi facere alicui persone forensi aliquas lapides factas in tereno comunis, sub dicta pena, et quilibet accusare possit et habeat medietatem condempnationum. ¶ Et nulla persona sit ausa accipere nec accipi facere in civitate vel in 30 districtu Tergesti aliquos lapides vel laperas, [tam] super muro vel laborerio alieno quam extra, invito domino, sub pena centum sold. par. pro quolibet contrafatiente, et acusator habeat medietatem condempnationis.